



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Quo in statu Societate[m] reliquerit. 136

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

creberrimè confictatus. Quibus tamen rebus omnibus fuit superandis. Nam animus ei erat, secundarum contemtor, aduersarum victor; amore in IESUM eximi⁹: qui & hostes illi inferos, ceterosque in eius ruinam laborantes nouissimè prostrauit. Vir ingenio planè modesto, & demissionis, quoad vixit, vnicè studioso: qui adeò cum decessurum se sciret, noluerit neque Vicarium sibi Generalem sufficere; neque familiares accire, vt ijs saluere iussis bene diceret; neque aliud quicquam ostendere, quo magni se aestimasse; aut aliquid ad iaciendum Societatis fundamentum contulisse, crederetur. 136 Secundùm institutam firmatamque Societatem superstes annos egit xvi. viditq; hanc Sociorum Collegiorumque frequentiam, vt prouincias xii. deeedens relinque-

qu
fui
Hi
hal
Ar
sub
& S
nia
trib
fili
pro
tur
Co
tur
gn
ten
uit
cip
fest
cæ
sup
cri
aa

queret. Quarum nomina hic possuisse, precium mihi est. Nam per Hispanias, prouinciæ formam habuere Lusitania, Castellana, Arragonia, Bætica. In Italia Insubres ac Tusci vnã; Neapolis & Sicilia singulas fecere; Germania in Superiorem & inferiorem tributa: Galliam quoque & Brasiliam, atque Indiam singuli iure prouinciali tenuerunt. Censebatur iam tum eæ prouinciæ partim Collegijs, partim domicilijs cētum: Incremento cūm per se magno, tum ob temporis breuitatem admirando.

Affecit hæc IGNATIÏ mors grauius multos, ac domesticos præcipuè omnes. Quibus tamen cōfestim suppetere solatia crebriora cæperunt; quæ Pater illis cælo suppetiatum impetrabat. Inde lacrimæ alijs affectuum speiq; plenæ decurrere: nouum animi ro-
bur

bur in aliis videri: aliqui in labo-
 res resque aduersas, pro Christo,
 fortius ruere: non ignari, cui no-
 uus hic se impetus deberet. 137
 Ductum funus, sepultumq: hu-
 mili primum conditorio, Kalen-
 dis sextilibus: propter aram Ma-
 ximam eius Templi, quod Marię
 ad viam inscribatur. Sed anno
 deinde cio. io. LXIX. die funeris
 anniuersario, quod aram conti-
 gerat mutari, in alteram eiusdem
 ædis partem transportatum est.
 Donec sub annum denique cio.
 io. LXXXVII. ante XIII. Kal. De-
 cembres, in nouum Professæ So-
 cietatis templum, ab Alexandro
 Farnesio Cardinale constructum,
 placuit traducere lipsana: & tu-
 mulo plumbeo inclusa, præter
 dexterum aræ maioris latus, col-
 locare. 138 Impositum supernë sa-
 xum: leue illud, neque cælo labo-
 ratum: sed iuxta in pariete mar-
 mor

mo
relu

Ign

Ob

ann

stol

217

-17

me

sta

-ci

-13

13

au

om

est

Ro

tis,

rēt

tur

fan

rat

218